

Judeæ fertiliſſimo et delicioſiſſimo eos Israeelite collocarent, vel eis ſanè liberam optionem habitationis quovis in loco permitterent. Igitur cum in terram promiſſam Israelite perveniſſent, hinc Cineas Jerichuntinum agrum, ut pote uberrimum et delicioſiſſimum assignauſſunt. Hanc enim totius terra promiſſe regio[n]em fuſſe uberrimam et delicioſiſſimum non uno in loco indicat Josephus, in priuis vero 5 Belli cap. 4: « Optimum, inquit, in ea (de fonte quoquā hanc regionem irrigante) paradisus ac deniſiſſimos educat, palmarumque irri-guarum genera, tam sapore quān nominibus varia; quarum pinguiſſima calcibus preſſe plurimum melis emittunt, non multum alio melle deteruiſſe; quamquām et melis altrix est illa regio, et ophobalsami ferax, qui omnium chariſſimum ſt fructus ibi nascen-dit; item Cyprum et Myrobolanum gignit; ut qui diuinum esse illum tructum dixerit, non erraverit; ubi copiosa et optima generantur, que ſunt rarissima. Sed nec in aliis fructibus ei aliqua faciēto toto orbe regio certaverit, adeo multiplicat, quod ſatum est, reddiſſet. Cujus rei cauſa mihi videtur esse aquarum viſ lata, et aeris calor, cum hic provocet que naſtuerit atque diſfundat; liquor autem firmitis ſingula radicibus strin-gat, viresque ſuggerat aſtivo tempore, quo ſic peruila eſt illa regio, nemo facile ferat: ita enim vertendum fuit, non ut Rufinus, qui redidit: *Ut nihil facile procedat ac pululeat, queſentia repugnaret aliis, que hoc eodem loco habet Josephus.* Subdit vero: « Tanta eſt autem cœli temperie, ut quo tempore in alia Judeæ regione ningit, lino illic tantum indigenę vestiuntur. » Idem libro 5 Antiq. cap. 1, vel juxta graecos codices 5: « Chanaanæ natura talis eſt, ut videre licet campos magnos et frugum ac fructuum feraciſſimos, qui collati ad aliam terram admodum uberes videri poſſent; quod si idem ad Jerichuntinum aut Jerosolymitanum agrum conſeruant, jam non magni preti videbuntur, cum tamen hi agri parvi sint et bona ex parte montani, sed quantum ad fertilitatem attinet nullis aliis secundi. » Itaque cum aliquandiu in hoc agro commorari fuissent iſti Cinei, et hunc locum utpote a Chanaanorum infestatione ſecurissimum (ſiquidem in eo ad multos annos caſtra Israelitarum ad Galgalia ſub Ioue ſteſterunt subactis omnibus quaquaversum Chanaanis) delegiſſent; nunc quoniam pia et religioſa vivendi

ratio, quam iſtituerant, ab hoc luxu et molliorū viuſ abhorrebat, et ſolitudinem contemplationisque oīum adamabat, indicat sibi omni a vino abstinenti, reiecta omni agrorum, vinearumque, quemadmodum nunc religioſi faciunt, poſſeſſione, ſpēt domorum habitatione, et tabernaculis, qua facilē alio asportantur, contenta (ut Jerem. 35 de Rechabitarum iſtituto habetur, qui iudem cum Cineis, ut alii diximus, et 2 Paral. 2, versus ultimo, perspicue indicatur), credi potest occasione oblatā, postquam tribus Iuda totam ferē ſuam ſortem Chananeorum reliqui perpugnauerat, Cineos pertaſſos occaſionum mollioris viuſ, et tumulū populi, de migratione et ſeſſu in ſolitudinem illam tribus Jude, que apta iſpiſa viſa eſt ſuo viuſe iſtituto, cogitasse, et reipſiā nulloque negoſio perfecit, cum nihil eſſet quod illos ab hac re retraheret, utpote quibus nec poſſeſſiones eſſent, nec donus, nec deliciarum ac mollioris viuſ cura. Seceſſerunt igitur hi in desertum ſortis Jude, quod eſt ad meridiem Arad. Porro Arad urbs fuit, vel certe exigua aliqua regio in finibus Chananeæ regionis, juxta Idmaeos et Amalecitas, non procul extrema parte meridianā et occidentalī maris Salsi; ita ut hoc desertum planē in extremis finibus Chananeæ eſſet ad meridiem, juxta angulum orientis et meridiem. At tamen non perpetuō eo in loco maniſſe, vel certe non omnes, colligere licet ex eo quod infra hujus libri cap. 4, dicatur: *Haber autem Cineus recesserat quondam a ceteris fratribus suis filiis Hobab cognati Moysi, et tetenderat tabernacula usque ad vallem quo vocatur Sennim, et erat juxta Cedes.* Itaque hic ab australi Chananeæ parte recesserat, et in Nephilithicā tribu juxta Cedes Nephthalit, qua tribus omnium maximè borealis eſt, in tabernaculis habitat. Legimus etiam 1 Paral. 2, v. ult.; Cineas habitasse in Jabels; ut ubi illa Jabels fuerit nihil conſtat, utpote cuius alibi nusquam in Scripturā, nec apud Josephum fiat mentio: nam ſatis conſtat non eſſe illam Jabels Galaad, cuius ſep̄e Scriptura meminitt; diverso enim modo in Hebreo haec et illa Jabels ſcribitur; nam Jabels Galaad Jabels appellatur, at altera ista Cineorum *Jahbets* nuncupatur. Rursum Jonadab filius Rechab, cuius extant egregia illa sanctimonias et pietas documenta Jerem. 35, factus eſt obvius Iehu in Samaria, ut ſatis veriſimili ſit eum in iſis locis habituisse.

Nota vero, cum dicatur hic: *Et habitaverunt eum eo, referendū eſſe ad Judam.* In Hebreo

mutato plurali in singularem habet: *Et ha-bitavit cum populo, cum illius videlicet tribus Jude populo ſe miscuit intra ſortem ipsius habitando.*

Vers. 17. — ET PERCUSSERUNT SIMUL CHANA-NEUM QUI HABITABAT IN SEPHATH, ET INTERFE-CRUNT EUM. VOCATUMQUE EST NOMEX URIS HORMA, ID EST, ANATHEMA. Indicavi Num. 21, sub ini-ſum capituli, ſuspiciar me votum an ibi factum de delendis et anathematizandis urbibus regis Arad, hoc loco expletum; neque etiamnum illius conjectura me penitet: primò quia, ut ibi declaravi, non fuit id votum eo tempore expletum, neque tunc impleri potuit; ergo veriſimili eſt Scripturam hic respexisse, et voluisse indicate votum illud hic fuſſe expletum. Addo cùm Scriptura hic antiquum no-men Arad uſerit, ſatis indicate illud nequum fuſſe antiquatum, vel aliud uſo introductum. Secundo quia nomen loco impositum Horma conſentit; neque vero appetat cur novum hoc anathema efficerent nullā indicat causa ſeu Dei praecepto, ſicut id Jericho, ſeu voto, ratione cuius obligarentur hanc urbem anathema reddere; cùm præter Jerichon ceteras ha-tenuis urbes non anathematizarent, et tamen ipſum nomen urbi impositum ſatis indicet fuſſe hoc verum et proprium dictum anathema; idemque ipſum indicet vox hebreia, quam interpres noster verit: *Et interficerunt;* eſt enim in Hebreo *vaiacharim*, quod ſignificat ad interneſionem nullā re reſervata, idque ad honorem Dei, interliceret et deſtruere. Tertiō quia ob id vers. praeced, meminit Arad, quo nomine appellatur locus illi Num. 21.

At dices: Locus hic anathematizatus prius dicitor vocatus fuſſe Sephaθ, non Arad: eumque pauli ante Scriptura meminisset Arad, et mox hi aliud urbis nomen ſubjugat, ſatis indicat non unum eundemque locum eſſe Arad et Sephaθ. — Respondeo non eſſe novum eidem loco domino adhæferescit. Addo nec eſſe necesse accerere idem omnino eſſe Arad et Sephaθ; potest enim unum urbis, alterum regionis nomen eſſe, neque admodum refert utrum urbis an regionis no-men facias: quamquā Arad non tam videtur urbis quām regionis nomen eſſe, que aliquot urbes complectereſtur: nam ditio illa regionis Arad, cui nomen illud Horma eſt, impone-ndum, non unam ſolam urbem complectebatur (ibi enim dicitur: *Delebō urbes ejus*, et paulo post: *Subversis uribus ejus*), ſed plures; et no-men Horma toti huic loco plures urbes com-

pleteſſenti post earum anathematizationem im- poſitum eſt; quia tamen inter eas urbes una eam praincipia fuſit, vel certe primo impetu expugnata et anathematizata, que hic dicitur Sephaθ, illius in particulari meminit, et no-minis iſti urbi deileti impositi, quia praincipiū anathema hoc urbē illam tangebat, eti et ad alias minores urbes extenderetur, vel certe ei primō hoc uomen impositum ante extērārō urbium ejusdem ditionis eversionem, cum ta-men nomen etiam ad eas urbes extendi debet. Porro nomen hoc explicit Septuaginta, et in Regio quidem et Basileensi codice dicitur urbs appellata, Σεφαθ, at in codice Romano Σεφάθ, quod præ altero placet.

Vers. 18. — CEPIIQUE JUDAS GAZAM CUM FI-NIBUS SUIS, ET ASCALONEM ATQUE ACCARON CUM TERMINIS SUIS. Conſecrat jam tribus Iuda bellum cum Chananeorum reliqui, que crant in orientali sortis iſpiſis plagi, nunc de bellis agitur, que in occidentalē et maritimā re-gione cum Philistæ conſecit, dicitque textus noster eam tres iſpis urbes, que ſatrapiarum nomine gaudebant, Gazam, Ascalonem, Accaron cum finibus suis eripiſſe, quibus omnino hebreia conſentiant. Septuaginta Interpretes in Regio et Basileensi codice tres haſce ſatrapias nominant; addunt tamen et quartam, Azotum, cum finibus suis. Verum, quod mirere, in Romano codice diſcreti negatur haſes Philisti-norum Israelitas poſſeſſi: *Et non poſſeſſit Judas Gazam, neque fines ejus; neque Ascalonem, neque fines ejus; neque Accaron, neque fines ejus; Azotum, neque adjacentia ejus.* Josephus autem libro 5 Antiq. c. 2, diſcreti asserit Ascalonem et Azotum bello hoc fuſſe captas, at evaſiſe Gazam et Accaron, additque rationem quid in planicie ſite et abundantes curribus facilē reſiſſerent, à quibus invadebantur. Verum Ioh-ſephus nullo modo audiendus, contra diſcretum Scripturæ ſententiam. Lectio septuaginta Interpreta, que eſt in Romano codice, eti antiqua ſit, ut liquet ex Auguſtino et Proco-pio Gazeo, qui negationem addunt, ea tamen merito mendosa judicanda eſt, utpote qua tam diſcretē videatur noſtro et hebreo textui re-pugnare; additamque negationem crediderim, quod hi locis videretur pugnare cum altera illi loco cap. 3, inſra, ubi inter ceteras gen-tes, quas Deus dereliquit, et delere nouit, ſive ad bellicam exercitationem, ſive ad prohambiam Israelitarum in cultu divino constantiam, reſeſſentur quinque ſatrapie Philistiñorum. Unus tamen videtur modus ſuperesse, quo

lectio hac cum nostri et hebrei textus lectione concilietur, nempe cepisse quidem istas tres satrapias, neque id negare Septuaginta, sed eas non possidisse, seu inhabuisse; primum enim eas incolerent Israelitae (quod fortè non sunt nisi facere, donec exteris satrapis bello capti essent, ne, quia hostes erant formidandi, ab illis bello impetrerunt, et omnis illis securitas tolleretur). Philistei suas urbes et satrapias paulò ante captas recuperarunt, ita ut eas Israelite nunquam possidisse, seu incoluisse videantur; quod vult locus illi infra, cap. 5. Ex quo etiam liquet quoniam hæc nostra lectio cum illo cap. 5 loco conciliari debet; nam ceperunt quidem nunc Iudei urbes illas, sed ita ut eum mox eas Philistei recuperarent, nihil autem videri possit, certè nihil quod vel ad habitationem sedemque Israelitis ligandam conferret, vel quod ipsis securitate præstaret, cùm passim postea legamus eos negotium Israelitis fassessivisse.

At quarti posset, quomodo Judas hic Accaron ceperit, cùm illa ad iustis tribus sortem non pertinuerit, utpote que ipsi avulsa sit, et Danitis attributa Iosev 49? — At responderi potest Judam hoc bello quicquid Philistorum esset, nec ita difficile expugnatum cepisse, etiamsi ad ipsius sortem non pertinuerit, ut hostium aliquo fortissimum vires debilitatem quos sciebat mox bellum moturos ad recuperandas urbes perditas, ut reip̄ factum est.

VERS. 49. — FURQUE DOMINUS CUM IUDA, ET MONTANA POSSEDIT: NEC POTUÍ DELERE HABITATORES VALIS, QUA FALCATIS CURRIBUS ABUNDABANT, hoc est, Deus ilis presto fuit, ut montanas urbes, que in illa maritima regione erant, caperent: at non eas, que in valibus, vel campi stramine sitæ erant; rationemque addit, quia hi falcatis curribus uehantur, quos addidū exstimescant Israelitæ, quorum praesidio ut non poterant illos in montibus erant, cùm ad hos currus magno impetu in hostes agendos, eosque lacerandos, plana loca requirantur.

Sed queri hic potest: Si Deus cum Judeis esset, cur non persequé valles ac montes illis permisit? an fortè Deo rationes desint hosce currus evortendi, equos exterrendi, in ipsis metus hostes machinas has evertendi? quia igitur causa timoris esse debuit illis qui manifestam in tam multis Dei operis experientur? — Respondeo in his bellis ita Judeis Deo auxiliatore esse usos, et sep̄ open Dei presentem expertos, ut tamen non semper æquè incrementa esset Victoria, sed interdum nullo, interdum

modico, interdum multo etiam sanguine ea staret, sive ob quorundam inter Israelitas flagitia, sive ut ipsi docerentur semper ad Deum per orationes confugere: quid licet ut non decesset eis causa metuendi, ne Dei ope desistuerent ad facilem, et sine multa suorum clade obtinendam victoriam. Item, licet hastens Dei presentem opem experti essent, potuit non decessse timor ne in posterum Deus eos deserret, utpote qui nollet ulterius in Chananeis delendis eos hoc tempore progredi, sed in aliud tempus bella hæc reservari; quod sane etiam videtur divini consilii fuisse, ne subactis eversisque undequaque hostibus nimis securi et luxi diffilentes, Dei obliviscerentur, aut in superbius efferrentur. Itaque, ne ulterius progrederentur, permisit Deus illos timore hostium et falatorum curram concuti, et in nonnullam de divino auxilio diffidantib[us] fabi, aut etiam Deus ipse ad ulteriore bello eos injecto terrore avocavit.

Nota verò pro eo quod interpres noster habet: *Quia falcatis curribus abundabat*, Septuaginta in diversis codicibus variam habere sententiam: in Regio quidem codice sic: *Quia obstitit eis, et currus ferrei ipsi*; sed deesi hic suppositum verbi *obstitit*, vel ex antecedentibus intelligendus Dominus loco suppositus; in Basiliensi et Romano codice additur aliud suppositum, et in Basiliensi quidem hoc modo: *qua Rechab obstitit eis, et currus ferrei ipsi*, at in Romano tantummodo prior pars habet sententia: *Quia Rechab obstitit eis*, desunt cetera. Basiliensis codicis lectio etiam August. est; et ea quæ est in Romano codice Theodorati item est, eamque de Rechab p[ro] illo in Scripturā viro ei Cinoriorum progenitore (quem multi Nob[is] Moysis affinem esse volunt) ipse explicat, cuius consilii et sationibus factum sit, ut contra vallis incolas hic exercitum non ducerent quid metuoret ne, si Iudei maritima loca posiderent, exterorum commercio illuc navigi appellentum perverterentur. Verum in Hebreo nihil plus habetur quā, *qua currus ferrei eis* quod Hieronymi versioni respondet. Credidimus et ego h[ic] codices Septuaginta mendosissime, et sola illa posteriora verba ipsos reddidisse: *Quia currus ferrei eis*, quod non sensu modo cum Hebreo concordat, sed etiam totidem verbis ex Hebreo est redditum: cetera autem existimabo aliquo sciendo addita, qui prima duntaxat hebrei lingue elementa degustarat, qui cum videat in hebreo vocem *rechab* sine penitus, que vox currum significat, ipse

alii adjicte vocalibus legerit *rechab*, nomenque viri putari esse, seu illius p[ro]i et religiosi viri, seu alieius alterius, qui illam expeditionem impeditissime significaretur, quam imperiti hominis conjecturam alicubi margini adscriptam aliqui in ipsum textum inseruerint, vel ex trito altero, quod de curribus indicat Scriptura, vel utroque addito. Et verò de Rechab p[ro] illo viro, qui Iehu regis vixit tempore intelligere quā sit ridiculum nemo non videt.

VERS. 20. — DEDERENTQUE CALER HEBRAON, sicut dixerat Moses; Num. videlicet 14, v. 24, id ei promiserat Moses reversus à Chananeis exploratione, inquit Deus; cùm enim verba, quemadmodum et ea, que habentur Deuter. 1, v. 56, Deisunt; sed nimirum id futurum Deus Moysi promisit, deinde Moyses idem nomine Dei promisit.

QUI DELEVERU[NT] EX EIS TRIS FILIOS ENAC. De quibus paulo ante v. 10, et Iosev 15, v. 14.

VERS. 21. — JEROSOLAM AUTEM HABITATOREM JERUSALEM NON DELEVERUNT BENIAMINI, HABITATIQUE JEBUSÆS CUM FILIIS BENJAMINI IN JERUSALEM USQUE IN PRESENTEM DIEM. Idem habes de filiis Iuda Iosev 15, v. ult.; nam et quod ibi dicitur de filiis Iuda ad hæc tempora referendum; neque enim prius copererunt Jerusalem incolere, qui erant de tribu Iuda, quiam ilii qui erant de tribu Benjamin, sed in communia civitate, utpote in utriusque tribus confinio posita, facta è expugnatione, quæ supra v. 8 hojus capituli relata est, copererunt ex utrâque tribu homines mixtum habituare, sic tamen ut Jebusæ partem australiæ, seu arcem Sion munitissimam refinerint, quos non potuerunt hi etiam junciti inter se vivens usque ad Davidis tempora delere. Itaque, non deleverunt, hic idem est ac, non potuerunt derelire, quemadmodum et habet Iosev 15, tam in nostro textu, quām hebreo. Ex quo sequitur hos à culpâ immunes fuisse, quod hos Chananeos non exterminaverint; neque enim illis voluntas defuit, sed facultas; contra quam factum in aliis tribibus, quæ nimis mollitie et sociorū Chananeos evtere non studuerunt, quemadmodum ipsi à Deo imperaturum fuerat; quod et passim hisce primis capitibus in eis culpatur.

Vers. 22. — DOMUS QUOQUE JOSEPHI ASCENDIT IN BETHIEL, FUITQUE DOMINUS CUM EIS. Hic additur de bello ab Ephraimitis feliciter Deo optulante gesto, captiisque sine sanguine Bethel; nempe civis cujusdam ejus urbis Chananei proditione, et latente irruptione.

Vers. 23. — NAM CUM OBSIDERENT TABERNACULUM, hoc

est, latenter advenisset, ut obsiderent, sive, ut in Hebreo est et Septuaginta, cùm explorarent.

QUE PRIUS LUZA VOCABATUR. De hæc Bethel et antiquo eius nomine Luza dictum est Gen. 28, v. 19, ubi Luzam seu Luz (quod nucem significat) assertur verisimiliter nomen habuisse à nucum in eo loco multitudine: at Rabbinī alla omnia communisuntur; autem enim hanc urbem nucis figurâ fuisse, et in eā nullam portan fuisse, sed extinx quæcumpli duntaxat occultum, quemadmodum et nux undique duro cortice tegitur, nullo velut portâ ad interiore nucleus adiutu, et ob hanc causam Luza nomen habuisse; indeque factum ut Ephraimitæ in eālā urbem aditum reperiē non potuerint, sed ductore et index indiguerint, qui eis arcanum illum in urbem introiuntem monstraret. Sed hæc omnia signa sunt Rabbinica. Credi potest Ephraimitas summo dilucido advenisse, cùmque porta minime patarent, vel quod nimis magnō constaret Victoria, si per portas et vi irruptionem pararent, petuisse ab hoc viro num quā latenter in urbem ingredi possent, ut fit, muris alicubi collapsis, vel parte aliquā civitatis mūnis firmat, et ipsos Chananei indicio ingressos esse.

Vers. 24. — ET FACIEMUS TECUM MISERICORDIAM. Potuerint ne hoc Ephraimitæ promittere à nonnullis dubitatur, cùm jussi essent Israelitæ omnes Chananeos perire, nullumque cum his fodus percuttere. Existimo tamen nihil in hæc re peccatum: vetita enim erant quidem foedera amicitiae, societatis, conjugii, vel etiam subiectio[n]is sub tributo; at non erant prohibita primis istius modi foedera, si ad unius veri Dei cultum converterentur Chananei: talia foedera et pacta etiam juramento firmata habuerunt Israelitæ cum Rahab meretrici, cum Gabaonitis; at non videtur hic Bethelis civis cum suis ad Deum conversus; addendum igitur hic aliquid ad eam responsum. Rursum ergo dico fuisse quidem illicitum quocumque casu, si ad Dei cultum non converterentur, cum Chananeis de societate et cohabitacione pacisci, vel non occidere, si qui inter Israelitas vellent commorari; id enim propter perversioris perfidiam à Deo erat inhibitum; at non fuit inhibitum vitam condonare, et de eā pacisci, si modo extra Chananaam vellent habitatum secedere, maximè accedente justa et rationabil causā pacisci, cuiusmodi hic fuit. Et hæc ratione cum hoc Chananeo hic de vita ipsi et toti ejus cognationi condonanda pa-

ciscuntur, si modò Chananea cum suis recederet; unde et paulò post subditur Israëlitas virum illum et totam ejus cognationem dimisso, et dimissos alio extra Chananeam abisse. Addi etiam posset cum ilis Chananeis, quos expugnare et exturbare non potuerunt, non fuisse inhibitos civiles contractus venditionis, empotionis, etc.; quis enim credat Israëlitas Jerosolymitanos cum Iudeis, qui arcem tenebant, quoniam cum iis quiete agebant, nec conveniebat quidquam tentari hujusmodi contractus non exercuisse, aut ab iis abstineverit.

Vers. 25. — Qui cum ostendisset eis, percutserunt urbem in ore gladii. De hujus hominis Chananei facto, recte, an perperam fecerit patriam prodendo, non est quod solliciti simus; non enim ethnicorum et infidelium facta in Scripturā propugnanda suscipimus, sed virorum duxatax sanctorum, si quid minùs ab iis rectè gestu videri posset, quod tamen in quorundam malevolorum hæreticorum dentes genuinos incidit. Hujus tamen rei occasione breviter queri potest, an aliquando et quatenus patriæ proditio possit esse licita? Sepono hic particulares et ferè pravos fines, quos sibi in hujusmodi facto possit quis prafigere, ut lucri pecuniarum, ambitiæ dignitatis, vel offici, vindicta et similium, quibus action illa ex agentis intentione infici potest; de re ipsa secundum se loquimur. Et primò quidem dubium non est hanc rem inter male sonantia esse respondam, utpote quia passim homines abhorreant, et quæ passim vitio detur. Secundo dubitari non potest si bellum hostium patriæ sit injustum, summa perfidiae esse patriam prodere. Tertiò si sit utrinque justum bellum, saltem materialiter, ut cum non liquet à quæ parte stet justitia similius etiam per fiducia nota factum hoc merito inurendum; eam enim quilibet debet patriæ sua fidem et pietatem, ut eam in pari causa quam maxime salvam esse velit. Quartò si bellum patriæ sit injustum, nisi de religione agatur, adhuc tamen impium et perfidum esse patriam prodere, eamque eversam vele; ab hoc enim criminae omnes bene moratae gentes abhorrent, imò et hostes ipsi factum detestantur. Etsi enim in bello injusto nemo teneatur, vel possit patriam positive defendere, maximè hostes laedendo, attamen non potest quidquam positive agere in ipsius patriæ perniciem, hoc enim pietas, quam patriæ debemus, exigit: quemadmodum si justè quis patrem aggrediat, non

possum parentem contra jus alterius tueri, ut si à magistratu propter crimen ad extremum supplicium depescatur; teneor tamen ipse abstinere ab omnibus, quæ parenti possent existimare creare; porrò non minor patræ quam parenti debetur fides, pietas et reverentia. Quintò si Deus ita fieri velit, deo eā voluntate constet, lictum est et sanctum patriam prodere, et quoquo modo in patriæ perniciem laborare: Dei enim voluntas, et quam fortè Deus spectat, tot animalium salus, quæ aeternum perirent, præferenda est patriæ, parentum et exterorum salutis et incolumenti temporali. Igitt̄ cum Deus vellet omnes Chananeos evos, quam Dei voluntatem etiam ex tot prodigiis patratis non poterant ipsimet Chananei ignorare, fas fut̄ Rahab mereceti patriam exploratores occultando prodere; fas item et huic Chananeo homini (si hujus divina voluntatis fuit conscius) Israelitas per oculitos aditus in urbem suam ad ejus internectionem inducere. Fas item fuit Israelitis urbes integras suorum idolatriatricis Deo sic volente anathematizare in pœnâ flagitiū dederi, Deuter. 13, v. 12 et seqq. Itaque non in hosce postremos perfidiae et impietatis crimen cadit, quibus ex facto laus et premium debetur, sed in antecedentes omnes, qui summis, infimis, ipsique hostibus, quibus patriam prodidere, solent odio esse. Fert illud Antigoni regis (à Stobeo et aliis Philippo regi adscribitur): *Proditios imprimit amo; eosdem, cùm prodiderunt odi maximè.*

Plutarchus in roman. Apophthegm. refert cùm Rhimitales, Thracum rex, qui ab Antonio ad Augustum defecerit, apud hunc sua in ipsum merita et belli societatem peccantibus exprobaret, Augustum dixisse: *Proditionem quidem amo, sed proditores non laudo.* Thalenes quidam, qui Philippo Olynthum prodididerat, querebatur se ab illis amicis ut proditorem infamari; ei Philippus: *Macedones, inquit, naturæ rusticiores sunt ac rudes, et scapham dicunt scapham,* probans nimirū eorum dictoria, et indicans eum qui sincerè locutus ita locuturum. Cilicium quidam, ut retert interpres Aristophanis, et ex eo Erasmus in Chilidibus, cum Miletum patriam Prienenses prodidisset, ita omnibus exosus fuit, ut cùm Samum advenisset, macellumque carnes emplurus adisset, ibique lanium Theagenem Syrum nomine convenisset, ille carnis parte porrecta jubet ex adverso carnes Cilicicum retinere, ut quam ipse volebat carnis partem

resecat, ille arrepto cultro proditoris manum amputat, addens et illud: *Istā, inquit, manū nullam amplius prodes civitati.* Refert Cromerus lib. 22, cùm Mahometus, Túrcarum imperator, Constantinopolim post quinqueagesimum obsidionis diem Gerluca cùjusdam Graci proditione cepisset, et imperatorem Constantino Paleologum fortissima dimicante ad urbis portam interremisset, urbeque potius intellexisset quæ beneficia proditor illi ab imperatore Constantino accepisset, in tam perfidae proditionis præmium dirum supplicium reposuisse.

¶ Romani, quos non tam imperium, quæ bellum gloria efferebat, semper hoc crimen etiam in hoste detinunt sunt. Camillo Faliscus obsidebit, ut referunt Livius et Plutarchus, ludimagister plurimos et nobilissimos pueros veluti deambulandi gratiæ eductos in castro Romanorum adduxerat, quibus intercepisti non erat dubium quin Falisci depositi belli pertinaciam, sese Camillo imperatori dediit ut essent: at non usi è opportunitate Romani, sed senatus decreto cautum est ut pueri magistrorum vincuntur virgines cades ad suos remitterentur. Illustrus et illud, cùm Timochares medicus Romanis pollicitus esset se Pyrrhum regem veneno necaturum per filium qui regi à potionibus praerat, eaque res ad senatum esset relata, senatus missis ad Pyrrhum legatis, eum mouit ut adversus hujusmodi veneni insidias sibi caveret, urbi Martiæ in animo esse armis, non veneno bella gerere. Et verò id efficiunt patriæ proditores ut ne apud ipsos quidem, quibus maximè profuerunt patriam prodendo, fidem inventant, neque id mirum, quia ut Demosthenes Demadi dicens solitus erat: *Seipso primos proditores venales habent.* Et Aurelianus imperator gavisus est cum cive, qui Tyane ciapendiō locum ipsi ostenderat, cum ceteris civibus cecidisse: *Ego enim, inquit ille, proditorum amare non potui, et liberter tuli, et quod eum milites occiderunt; neque enim mihi fidem servare potuisse, qui patriæ non pepercit.* Est tamen proditoribus pacta fides servanda, sive præmium aliquod, sive vita, sive quid aliud promissum fuerit, quemadmodum et Ephramitæ hi leguntur hic fecisse.

Vers. 26. — Qui dimisssus abiit in terram Hethim, et edificavit ibi civitatem, vocavitque eam Luzam. Quæ scilicet nomine suo prioris Luze natilis urbis refractari memoriam; vi enim est quisquam tam barbarus, quem

non afficiat patriæ urbis nomen et recordatio. Ex hoc fonte natum ut plures urbes aliorum urbium, quæ prius steterant, nomina accepierint: et præcedenti secundo ab Hispanis regionum et urbium Hispania nomina in Americā feliciter propagata. Porrò terra Hethim hic quām *X̄* Septuaginta appellant, quānam et ubi sit admodum obscurum est; Procopius Cyprus esse censet deceptus vocum apud Septuaginta similitudine, nam *X̄* Jerem. 2, versus 10, *Cyprus* est, et in nostro textu ibi *Cethim*, et apud Isaiam cap. 25, v. 1 et 12, vel pro *Cypro*, vel pro insulis maris Mediterranei ponitur, et *X̄* apud Josephum lib. 4 Antiq., cap. 7. *Cyprus* esse dicitur. Verum cùm pro *Cypro* *X̄*, *X̄* vel *X̄* ponitur in Hebreo est *כְּתַחַם*, at hoc loco est *כְּתַחַם* ut ex diversitate primi elementi sat appareat diversas regiones his vocibus indicari. Est autem hoc loco prima littera eadem cum ea quæ in Hebreo est cùm *Hethi*, qui è Chananeorum numero sunt, nominantur; nam et illi dicuntur *כְּתַחַם*; atamen non videtur hæc terra Hethim, cuius hic fit mentio, fuisse in Chananeorum terrâ; sat enim videtur indicari alio eum fuisse prefectum, non cum Israelitis habitat; neque verò legimus usquam urbem aliam in Judea præter Bethel Luzam appellatam. Neque tamen facile definire est quoniam sit hæc terra Hethim: legimus quidem *X̄* in Marmariæ Africa apud Ptolomeum, et apud eundem *X̄*, Mauritanie gentem, et apud Cedrenum *X̄* in Thracia, sed eas regiones paulò remotores hæc significari non ausim definire: malum regionem aliquam Chananeum vicinorem, vel Syriam, vel Libanum, vel Arabianum vicinam, in quibus etiam nonnullæ verisimiliter erant Chananeorum colonie. Quid si ea urbs, que hic Luza dicitur appellata sit ea que in Arabiae regione Judea vicina appellatur *אַלְזָא* apud Josephum 44 Antiq. cap. 2.

Vers. 27. — MANASSE QUOCQUE NON DELEVIT BERNAN. Haec tenus Scriptura egit de felici Israëlitarum statu redintegrato feliciter bello à nonnullis tribibus: verum aliarum nunc tribuum culpas ignoriam, quæ maluerunt Chananeos intra terminos suos fovere, quām de molli suo oīo quidquam detrahere, ut Dei mandato obsequerentur, que jusseral Chananeos ad unum omnes exterminari. Porrò toto hoc cap. agit Scriptura de tribibus Cisjordanis, itaque etiam de dimidiis tribi Manasse agit, que cis Jordanem erat. Haec autem dicitur non

evertisse Bethsan urbem, quae non procul Jordane et iacu Genesareth sita erat. Hæc urbs ab auctoribus passim et Iosepho Seythopolis appellatur, quod et hic habent Septuaginta: *Bethsan quæ est Scytharum urbs.*

ET THANAC CUM VICULIS SUIS, ET HABITATORES DOR, ET JEELAAM, ET MAGEDDO CUM VICULIS SUIS; COMPTIQUE CHANANEOS HABITARE CUM EIS. De Thanac, Dor, Jeelaam, Mageddo eadem habet Josue 17, v. 2 et seqq.

Vers. 28.—POSTQUAM AUTEM CONFORTATUS EST ISRAEL, FECIT EOS TRIBUTARIOS, ET DELERE NOVIT. Et hoc ipsum contra Dei præceptum erat vestigiales sibi facere Chananeos, quos omnes Deus interimi, et ab eorum colubitatione Israelitæ arcere volebat.

Vers. 29.—EPHRAIM ETIAM NON INTERFECIT CHANANEUM, QUI HABITAT IN GAZER, SEB HABITAVIT CUM EO. Eadem habet Josue 16, v. ult.

Vers. 30.—ACCO. Hæc est urbs maritima, quæ postea Piolematis dicta est, ut testatur Hieronymus in Loci hebraicis, et Procopio hierie; at Hieronymus in Epitaphio Pauli Cath vocitata fuisse scribit. Acco fuisse etiam mons nomen iuxta Piolemaitam, qui alio nomine Carmelus dictus fuit, testatur Hieronymus in Amos.

ACHASIS. Hæc Josue 19, versus 29, dicitur Achazia.

Vers. 32.—HABITAVITQUE IN MEDIO CHANANEI HABITATORES TERRE ILLICIS, NEI INTERFECIT EUM. Non additur hic, quod additur in aliis tribubus: *Factusque est ei tributarius;* non enim legimus Sidonios, Tyrios, cormone fines et populos unquam à Iudeis debellatos, aut vestigiales factos.

Vers. 34.—ARCTAVITQUE AMORHEUS FILIOS DAN IN MONTE, NEC DEDIT EIS LOCUM UT AD FILIORUM DESCENDERENT. De aliis tribubus dictum hactenus, nonnullis quidem, quæ felicer rem gesserint in Chananeorum reliquis delegendi, aliis quæ ignavia torpentes Chananeos una secum habitare permisérunt, quos tamen deinde vestigiales fecerunt; sequitur de unicâ tribu Dan, quæ omnium pessime habita fuit, aliquâ ipsius culpâ non prodidit; ea verò non modo non delevit Chananeorum in sua tribu reliquias, vel inter se seu ignavia, seu precariò habitare permisit, aut tributariorum tandem effecit, quemadmodum tribus reliquæ, verum ab Amorheis gravior afflita et oppressa est, ita ut Danites in montes seu urbes in montibus sitas ab his compellerentur; urbibus verò in planitiis sitis Amorheorum vi et

potentia arcerentur; credi potest id factum enrruum falctorum multitudine, ut a plainis et campestribus excluderentur, quemadmodum de filiis Juda, quibus contermini erant Danites, supra, v. 19, dictum est. Ex hæc autem Danitarum coartatione, seu angustâ habitatione factum est postea ut, cum Amorheis superiores evadere non possent, alias sedes querere sint compulsi, que Danitarum expeditio narratur Josue 19, et infra, Judic. 18.

Vers. 35.—HABITAVITQUE. Non Dan, sed Amorheus, ut disertè efferrum Hebraicæ et Septuaginta. Vult autem indicare hic Scriptura Danitas ita ad montana fuisse compulso, ut tamen etiam non omnes montes aut urbes in montibus sitas possederint, sed earum etiam aliquas Amorheis tuerintur, hæc tres videbile, montem Hares, Aialon et Salebim.

IN MONTE HARES, QUD INTERPRETATUR TESTACEO. Pessime in quibusdam libris scriptum legitur, *testatio, cum testaceo legendum sit, ut mons testaceus à teste dictus sit.* Mayuli hic Cajetanus cum Rabbinis montem Hares interpretari montem Solis, nempe quia *Wātā cheres* solen significet, et non *testam;* at testa *Wātā cheres* eodem quidem sono, sed elementa in fine diversa et dissimili dicuntur. Verum fatetur omnes etiam hebraicæ peritæ has duas voces ferè significative inter se congruere, et unam pro alterâ supponi; neque id mirum cum universim haec litteræ D et W sint inter se commutabiles, unde et Rabbinæ scilicet quamdam dictam *Wātā cheres* volunt, quod ejus sanem *Wātā cheres*, hoc est, testa radere solerent, cuiusmodi ea sunt, quæ Job percussos dicitur testanæm rassisce. Job, 2, v. 8, Isaiae 19, v. 16. Itaque Hieronymus non hoc loco tantummodo hanc vocem *Wātā cheres* ita vertit, sed et Jerem. 19, v. 2, ubi aliud vertunt, *ad osium, vel introitum porta solaris, aut orientalis, ipse verit, ad introitum porta felicitatis.* Neque id fecisse Hieronymum ex ignorantia significationis vocis maniestum est, utpote qui alibi eam vocem soleat interpretetur, ut infra, hoc lib. cap. 14, v. 48, Job 9, v. 7. Addo et Hieronymus in Loci hebraicis dubiæ significationis hanc vocem agnoscere, ad vocem *Aeedech.* *Sciendū, et inquit, quid in Hebreo pro hoc nomine scriptum est* *Wātā cheres*, quod à siccitate quidam interpretantur in *solen*, et alii in *testam* transfruent, volentes vel Heliopolim significari, vel Ostracionem. Itaque hic montem testaceum relineamus, quandoquidem et hoc loco ea interpretatio septuaginta interpretibus

In Judeâ natu placuit; *iv. 7. ἡ οὐ τὸ δεσποτεῖον,* dicamusque hunc montem testaceum appellatum simili quidem nomine, at dissimili ratione cum monte testaceo, qui Roma fuit: siquidem testaceus mons Romæ exitus fuit solis vasorum fictilium fragmentis; cum enim senatus cavisset ne artis figurinae purgamenta in Tiberim abjecerent, quod feret ut his impletus fluvius sensim in urbem restagnaret, loco alio designato, in quem ea deferrentur sensim tumultu, et fictiliū fragmentorum emersit, cuius ambitus trium et amplius stadiorum esset, altitude ubi maxima pedum 160. At non existimat ratione hunc testaceum montem in Chananeâ terrâ appellatum; neque enim in hujusmodi monte testaceo ursi aliquæ vel domus sacrificari possent. Dicitus igitur fuit mons testaceus non quid mors totus solis testaceis fragmentis constaret, sed vel ab agrestis eo in monte multis vasorum fragmentis, quemadmodum Josue 8, versus 5, collis Praepotitorum ab eo in loco abjectis agrestisque Israëlitarum præputiis dictus est, vel testaceus mons appellatus ab arenti montis solo instar teste; huic enim res aridae comparari solent: *Arūt, inquit per Prophetam Christus, tanqām testa, virtus mea.* Et ab hæc ariditate videtur et altera ista in Ægypti confinis dicta Ostracione, cuius memini in Loci hebraicis Hieronymus, et Josephus lib. 5 Belli cap. ult., ubi et nominis ratione videtur insinuare, cum sit: *Postea die iuxta Ostracionem, hæc mansio erat sine aqua, aliunde vero advenire aqua indigne utitur.*

IN AIALON. Vallis Aialon fitmentio Josue 10, v. 12; sed hic mons vel ursus in monte est intelligenda vallis illâ monti huic conjuncta, et hic mons isti valle.

SALEBIM. Ejusdem urbis memini lib. 3 Reg. cap. 4, versus 9, et Josue 19, v. 42, vocatur Salebim.

Norū verò valde variis in diversis codicibus hoc loco esse Septuaginta; et in Regio quidem codice ita hanc effiri sententiam: *In monte Hares ubi ursa et vulpes.* In codice Basileensi ad hunc modum: *In monte Myrtei, ubi ursa et vulpes in Myrteo et in Salabim.* Romanus codex habet: *In monte testaceo, in quo ursa et in quo vulpes in Myrteo et in Thalabim.* Quemadharum versio legitima quæ spuria, non facile divinatur: primam videtur agnosce S. Hieronymus in locis hebraicis in voce, *Aialon:* *et Scientiam inquit, quid pro Aialon Septuaginta edidicunt, ubi erant ursi.* Porro ea, quæ est in

Romano codice, sive ea sit ipsum Septuaginta, sive additionula posterior sit aliunde assuta à quopiam, videtur duplice durarum postremarum vocum *Aialon* et *Salabim* interpretationem complecti, ita ut prior sit illa: *In quo ursa et in quo vulpes;* posterior ista: *In Myrsinone, seu, Myrteo et in Thalabim,* sic tamen ut vox posterior nonnulli videatur corrupta. Itaque *וְיַעֲלֵם, Aialon,* redditur primò, *וְאֶת כָּרְבָּלָה, locus in quo ursa,* secundò, *Myrteam;* altera vox *שְׁחַלְבִּים,* Schahalbin, primo veritut, *vulpes,* vel, *locus in quo vulpes,* altera vice ut proprium loci nomen redditur.

Atvero *וְיַעֲלֵם aial* nusquam legitur in Scriptura pro ursâ positum; significat tamen alterius speciei feram, cervum videlicet, et *aiala* est cerva, cum ursus *וְאֶת כָּרְבָּלָה* ab Hebraicis et in Scripturâ passim appellatur. Itaque Septuaginta hic ursam pro ferâ supposuerunt, quod aliquando interpretibus contingit, quando nihil refert ad perfectum sententia sensum, sive una, sive altera species ponatur. Sic et pro eo quod est in Hebreo *וְאֶת כָּרְבָּלָה*, et Hieronymus verit, *ursus.* Proverbiorum 28, v. 13, ubi sic in nostra versione effertur sententia: *Leo rugiens, et ursus exercitans principis impius super populum pauperem: Septuaginta λύκα, lupus, dixerunt, quod ad sententiam nihil interesset sive ursus, sive lupus diceretur. Ita factum hoc loco;* cum enim sciunt Septuaginta in ipsis Judeis visceribus nati et enatriti montem ilium Aialon feruarum variarum esse feraceam, et inter has esse cervum et ursum, et hæc vox Aialon significari, satis esse putaverunt si unum ex his speciebus sua versione indicarent. Rursum cum feræ hoc non nisi in sylvis, et inter opacâ arborum degere soleant, voluerint idem Septuaginta indicare unde idem illud nomen sumptum esse potuerit: nam eadem vox hebraicæ, si alia punctis legatur, erit modò *elon*, qua vox varia arborum species comprehendit, quericum, terebinthum, illicem, castaneam, abietem, foræ et myrtum; si hanc non comprehendat, dicendum est, ut paulo ante, Septuaginta unam speciem pro alterâ substituisse, quod satis sciunt preter querucus, illicies, castaneas, etc., ibi etiam frequenter myrtum provenire. Porro *וְיַעֲלֵם elon* non tantum pro arbore ipsâ, sed etiam pro loco istiusmodi arboribus consistit ponitur. Hinc alia versio habet: *In Myrto.*

Alteram vocem *שְׁחַלְבִּים, schahabim,* quod Hieronymus *Salebim* dixit, idem Septuaginta

posteriore explicatione quasi proprium nomen sumpsere; at priore appellative sumpsere, cùm dixerint, *in qua vulpes*. Hebraicæ vulpes dicuntur *שׁוֹרָה schuhaim*, quæ vox vix ablut à priore illa voce, nisi quod prior illa sit vox quatuor litterarum interposito *ר*, illa tamen suā versione indicare voluerunt locum à frequentibus vulpis eo in loco communitibus nomen accepisse; è quo loco fortè Samson qui è tribu Dan, uti et in eadē locis hic, suas vulpes accepit. Hæc de utrius illa apud Septuaginta versione paucis delibanda fuere.

Circa priorem tamen illam versionem de ursis erit fortè non nemo, qui difficultatem moveat, revocetque in dubium an in Iudeā ursi extierint: nemo enim negaverit Judeā inter calidas et aëtiosas regiones censeri; at ursi frigidi et nive oblitis gaudent regionibus. Testis Apuleius libro 4 Milesiar. : « An ignoras *et hoc genus bestiarum* (de ursu loquitur) lucos *et consitos*, et species roscidos, et collies frigidos, *et fontes amoenos semper incubare?* » Quare à frigidis regionibus sep̄ à bonis auctoribus indita ursu epitheta; Caledoniam nominat Martialis; Britannicos ursos auctores alii in ludis Romæ datos referunt, Scythicos alii. Item iterum qui supra Martialis :

..... Venabula condidit ursu

Primus in Arctoi qui fuit arte poli.

Gregorius Agricola : « Ursos multos regiones frigide pignant. » Et verò hoc ipsum constat ex Olai magni historiā, et Hollandorum recentioribus navigationibus ad mare glacie iis in regionibus vastissimos et robustissimos, quinquo et candidissimos ursos cerni. Deinde si in Africā monstrorum et ferarum fœundissimū nulli sunt ursi, quod disertè affirmare ausus est Plinius libro 8, cap. 56, quomodo non sit verisimile in Palestina vicinā Africā etiam abesse ursos? Et quanquam multi auctores antiqui contra Plinius de Africanis ursi videantur sentire, et in primis Herodotus in Melpomene, qui disertè assertit in Libyā ursos esse, Martialis apud quem *Libyci ursi*, Virgilius cuius verba sunt :

Et polle Libystidos ursæ.

Strabo, qui Mauris ursorum pelles pro induimento attribuit, et Juvenalis, qui ursos Numidas appellat, et ursi Numidici apud Solinum; itemque ursi illi Numidici centus Iudis Circensis dati, de quibus in romanis Annalibus relatum tradit. Plinius, quorum omnium sententias congestas vide apud Lipsium lib. 2

Elect. cap. 4, et Petrum Crinitum libro 15 de honesta Discipl. cap. 9; tamen cùm Plinius contra horum omnium auctoritates audacter stet, vixque reperitur hoc tempore, qui in Africā ursos esse certò ausit assere, nedum qui vidisse se affirmet, malunt muli à Plinio stare; et nonnulli apud auctores, et in Annalibus illis romani ursos pro ursis respondi volunt; ali, ut Lipsius, per Libyos et Numidicos ursos leones intelligendos esse volunt; ali denique, qui utrosque conciliare volunt, in Africā rares et mites prestantes ursos reperiri dicunt, et hoc Plinius voluisse. Verum, eti⁹ fatendum sit frigidis regionibus gaudent ursos, in ipsis et numerosissimos, et potentissimos, et majore corporis mole reperiri; et licet fatenerit in Africā nullos esse ursos (quod tamen quæ ante dicta sunt, incertum faciunt, maxime cùm à plerisque contra Plinius stetur et merito, si verum est, quod Gessner refert, regem *Ethiopiam* in Epistola, quam hebraicæ ad summum Pontificem scripsit, testatum esse in regno suo camelos et ursos alios reperiri), tamen universi negari non potest in calidioribus regionibus ursos reperiri, cùm et Strabo libro 16, fulvos Arabias ursos ascribat, et ursos Persicos Annianus Marcellinus lib. 24 commemoret. Denique de his quidquid sit, certè Judeā et Palestine negari non possunt, sì lib. 4 Reg. c. 17, v. 54 et seq., et 4 Reg. 2, v. 24, consulamus, ubi disertè iis regionibus ursi adstruantur.

ET AGGRAVATA EST MANUS DOMUS JOSEPH, FRATRUS EST EI TRIBUTARIUS, hoc est, Ephraimitæ, qui unā ex parte Danitis erant contermini afficerunt, oppresserunt et prævaluerunt, Amorrhæo scilicet illi, qui Danitas affligebat, à quibus etiam Ephraimitæ ipsi non parum molestie accepabant. Itaque de Amorrhæis, super quos manus Ephraimitarum aggravata, seu gravis facta sit, hæc sententia est intelligenda, et si id disertum neque hebreæ, neque textus nostri exprimat; exprimit id tamén clarè versio Septuaginta : *Et aggravata est manus domus Joseph super Amorrhæum*. Porro sat verisimile est nunquam Danitas potuisse Amorrhæis prævalere; ob id necesse fuisse ut ab Ephraimitis debellarentur.

Vers. 56. — FUIT AUTEN TERMINUS AMORRHÆUS AD ASCENSU SCORPIONIS, quasi dicat : Mirum non est tam difficulter et nonnisi longo post tempore potuisse debellari Amorrhæos; fuerunt enim longè latèque per Chananeam sparsi, sed in primis versus terminos illos otios Chananeæ australes, ita ut iidem fuerint totius Chananeæ termini, et habitacionis ipsorum Amorrhæorum; siquidem Num. 34, extremi ad austrum Chananeæ et terræ promissæ termini v. 4, describuntur per ascensum Scorpionis, ubi quid per ascensum Scorpionis intelligi debeat fusius diximus. Similiter sors tribus Juda, que extrema fuit versus austrum et terræ australis terminos Josue 13, v. 5, describitur per ascensum Scorpionis, ut proinde et hi Amorrhæi extremitas illos ad austrum Chananeæ terminos incoluisse dici debeant.

non alia est quād Senna Num. 34, v. 4, vel Sina Josue 13, v. 5. Nam et Senna Petra non men esse testis est Hieronymus in Loci hebraicis. De eādem urbe Petrā intelligi potest Isaías cap. 42, v. 11; nam et Hieronymus ad eum Isaiae locum dicet Petram Palestinae esse urbem nempe in Palæstinorum seu Iudeorum et Amalekitarum confinio posita, et modò ab unis, modò ab aliis possessa, nunc uni, nunc alteri genti attributissima. Fuit et alia Petra in Moabitide vel Madianitide regione cujus meminit Isaías cap. 16, v. 1, et Josephus Flavius libro 4 Antiq. cap. 4 et 7, à quā Arabitæ Petras nomen factum est, quā tamē apud Isaiam Petra deserti appellatur, utpote quæ erat in deserti seu vastæ illius solitudinis confinio, idemque ipsam manifestè indicatur à Josepho supra cap. 4. Porro quod hic additur : *Et superiora loca, vel, ut in Hebreo esse dixi, à Petrā et supra, significatur non tantum Amorrhæos ad ipsam urbem Petram pertinisse, aut etiam urbem Petram subinde incoluisse, sed etiam ultra versus montium istorum australium culmina habitationem suam produxisse. Et de hoc Amorrhæo in montibus habitante intelligendus Deuter. locus, cap. 1, v. 44, qui est idem ille, qui Chananeus habitans in monte dicitur Num. 14, v. ult.*

## CHAPITRE II.

1. Ascenditque angelus Domini de Galgalis ad locum Flentum, et ait : Eduxi vos de Ægypto, et introduxi in terram pro qua juravi patribus vestris, et pollicitus sum ut non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum,

2. Ita duntaxat ut non feriretis fœdus cum habitatoribus terra hujus, sed aras eorum subverteretis; et noluitis audire vocem meam. Cur hoc fecistis?

3. Quamobrem nolui delere eos à facie vestræ, ut habeatis hostes, et dii eorum sint vobis in ruinam.

4. Cumque loqueretur angelus Domini haec verba ad omnes filios Israel, elevaverunt ipsis vocem suam, et flaverunt.

5. Et vocatum est nomen loci illius lo-

s. 5. viii.

1. Cette condescendance que les Israélites eurent pour les Chanandens contre l'ordre de Dieu les réduisit bientôt à une extrême misère, en sorte qu'ils s'assemblèrent pour chercher les moyens de se délivrer des mains dont ils étaient accablés. Alors l'ange du Seigneur vint de Galgal où ils avaient renouvelé l'alliance avec le Seigneur, au lieu où ils étaient assemblés, qui fut depuis appelé le lieu des Pleurants; et parlant en la personne de Dieu même, il dit : Je vous ai tirés de l'Egypte, je vous ai fait entrer dans la terre que j'avais juré de donner à vos pères, et je vous ai promis de garder à jamais l'alliance que j'avais faite avec vous,

2. Mais à condition que vous ne feriez point d'alliance avec les habitants du pays de Chanaan, et que vous renverseriesez leurs autels; et cependant vous n'avez point voulu écouter ma voix. Pourquoi avez-vous agi de la sorte?

3. C'est pour cette raison que je n'ai point voulu exterminer ces peuples devant vous, en sorte que vous les ayez pour ennemis, et que leurs dieux, que vous avez épargnés, vous soient un sujet de ruine en vous portant à les adorer.

4. Lorsque l'ange du Seigneur disait ces